

dux Baverie, comes Sifridus de Morle, Rubertus de Dorne, Arnoldus de Horemberc et alii quam plures. 1194.

Manuscr. Aquil. autogr. der Markusbibliothek, Class. 14. Cod. lat. 101. Fol. 226.

VI. Kaiser Otto IV. beschützt in besonderer Ver-  
ehrung für die Cisterzienser deren Kloster S. Martin bei  
Viterbo. Im Lager bei Isola Farnese, 1209 Oktober 7.

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator semper  
augustus.

Si omnibus ecclesiis dei ex debito imperatorie maiestatis  
preesse volumus, sicut et tenemur, cura tamen sollertiori  
saluti et quieti hiis volumus intendere, que maiori pre-  
pollent religione et sanctitate. Cum igitur homines Cister-  
ciensis ordinis inter alios religiosos vitam ducant sanctiorem,  
cura propensiori hiis volumus adhibere studium efficax,  
per que commodis eorum consulatur, ut, dum a strepitu  
rerum temporalium ipsi melius fuerint expediti, liberius  
deum pro salute nostra et pro bono statu imperii nostri  
valeant exorare. Notum igitur facimus universis imperii  
nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos quandam  
ecclesiam Cisterciensis ordinis sancti Martini de Monte  
iuxta Bitervium cum personis deo ibi iugiter famulantibus  
et cum eorum possessionibus et omnibus bonis mobilibus  
et immobilibus, que nunc possident vel inantea iusta acqui-  
sicionis titulo poterunt adipisci, sub imperialem nostram  
recepimus protectionem. Mandamus igitur et sub pena  
gratie nostre firmiter precipimus, ut nullus hominum sit,  
qui iam dictam ecclesiam in personis, deo ibidem servien-  
tibus, vel in bonis mobilibus aut immobilibus, adtinentibus  
ipsi ecclesie, aliquo modo gravare audeat vel molestare.  
Quodsi quis ausu temeritatis hec facere presumpserit,  
iram et indignationem nostram graviter se sciat incurrisse.

Actum anno dominice incarnationis 1209. Datum vero  
in castris prope Insulam<sup>1</sup> nonis Octobris indictione 13.

Aus dem Originale im Archive des Peterskapitels  
zu Rom.

### Z u s a t z.

Während der Correctur erhielt ich von Herrn Dr.  
H. Bloch zwei Regesten ungedruckter Urkunden Hein-  
richs VI., die er den Inventaires de l'évêché de Toul im De-  
partementalarchiv zu Nanzig entnahm<sup>2</sup>. Die Auszüge dieses

1) Ueber den Ort vgl. Böhmer-Ficker 304.

2) G. 1384.